

Unter den von 1847 an bis jetzt verstorbenen Mitgliedern des Ferdinandeums verdient besonders der Hochwürdige Abt zu Wilten, Alois Höggel genannt, und sein Verlust beklagt zu werden. Einer der Ersten, als es galt, ein vaterländisches Institut zu gründen, wirkte er für dasselbe als erster Curator mit einer rastlosen Thätigkeit, die durch seine Ernennung zum Vorstand nach der Abreise Sr. Excellenz des Herrn Grafen Brandis im Jahre 1848 nur noch größeren Vorschub und einen erfolgreicherem Wirkungskreis erhielt.

Erst seine fortwährende Kränklichkeit konnte ihn bewegen, seine Stelle als Vorstand bei der Generalversammlung im Jahre 1850 niederzulegen, ohne daß er deshalb aufgehört hätte, die Anstalt durch seine ausgebreiteten Kenntnisse zu fördern, indem er bis wenige Tage vor seinem Tode noch Münzen des Ferdinandeums bestimmte, und das alte Statut der Stadt Sterzing eigenhändig copirte.

Das verwaisste Stift Wilten hat an die mit ihm im gegenseitigen Verbande stehenden Stifte über den plötzlichen Tod seines geliebten Prälaten die folgende Traueranzeige in wahrhaft klassischem Latein erlassen:

## **Reverendissimi, Plurimum Reverendi ac Religiosissimi D. D. Confoederati!**

Ad deplorandam, qua dudum jam conflictamur, temporum iniquitatem tandem ceu quidam malorum cumulus accessit calamitas domestica, quae quo minus expectata; tanto etiam graviori moestitia universam canoniam nostram afflixit. Inscrutabili enim divinae providentiae consilio, quod non nisi silentes adoramus, accidit, ut inopinata ac subitanea morte praereptum nobis doleamus amantissimum patrem

**Reverendissimum, Perillustrem ac Amplissimum Dominum**

**Aloisium Röggl,**

*Canoniae nostrae Abbatem vigilantissimum, ac Prae-  
latum infulatum, S. C. R. et A. M. a consiliis Gubernii,  
Capellanum aulicum ac domesticum haereditarium, Sta-  
tuum provinciae Tirolensis ad perennem consessum De-  
putatum, Consiliarium ecclesiasticum Brixinensem ac-  
tualem etc. etc.*

Cujus dum vitae integerrimae atque solertissimae curriculum brevi quodam compendio complectimur, non sane laudandi studio (nam enarrasse laudasse est), sed veteri consuetudini inhaerentes et grati memorisque animi stimulo obsequentes, Vos quoque in justissimi doloris nostri societatem vocamus, atque jacturae, quam fecimus, magnitudinem inde dijudicaturos esse confidimus.

Primam lucis hujus usuram ceperat Reverendissimus et desideratissimus Abbas noster Oeniponte di 26. Septembris anno reparatae salutis 1782, atque D. Antonii

nomen e sacro fonte tulit. Exacta inter domesticos patrietes et honestissimorum parentum curas pueritia ad litterarum humaniorum studia in Archigymnasio oenipontano animum adjecit, cum felici semper profectu, quem egregia adolescentis indoles cum adjuncta pietate atque sedulitate haud ex vano augurari sinebat. Peropportune illud quoque accidit, ut parentes domi suae haberent sacerdotem helvetum, virum tunc temporis ob linguarum exterarum peritiam celebratum, a quo sermonis gallici et itali primis elementis institutus fuit, quae subinde multa lectione et usu quotidiano cum Canonico quodam regulari Bellagiensi nostri ordinis e Galliarum regno exule ac penes nos commorante eo successo excoluit, ut gallico praesertim idiomate satis commode expediteque uteretur, quae res postea inter tumultus bellicos toti Canoniae multum commodi praestitit. Philosophiae quoque stadium pari cum laude emensus, dum de capessendo vitae genere deliberaret, vicinam urbi patriae Canoniam nostram praeposuit, atque a tot animi ingeniique dotibus mirifice commendatus admissionem ab immediato praedecessore suo Marco, ut qui rara sagacitate hominum ingenia moresque pernosceret, facile impetravit, sacro exin ordinis habitu indutus die 31. Decembris 1799. Finito inter consueta pietatis exercitia sacro tyrocinio atque aetate ad annos, quibus per leges civiles licebat, profecta vota ordinis publice professus ob perspectam illibatae mentis integritatem D. Aloisii nomen, alias in Canoniam nostram parum familiare merito sortitus est.

Subinde ad sacratiora studia domestica transgressus conceptam a magistris de ipso expectationem non implevit modo sed etiam superavit. Voti tandem iam inde ab adolescentiae ingressu concepti damnatus sacerdotio ini-

tatus fuit die 21. Jul. 1805, primumque Deo O. M. ad aram litavit die 28. e. m.

Propter singularem scientiarum sacrarum non minus ac profanarum notitiam a Superioribus jam ante susceptum sacerdotium docendi muneri destinatus, praevio rigoroso tentamine pro lectoratu primum Philosophiae, deinde etiam juris canonici rite approbatus fuit. Eadem licentia ab Universitate caes. reg. impetrata theologiam etiam pastoraalem docere fratres juniores instituisset, nisi regiminis bavarici turbine Canoniam nostram specie quidem administrationi civili subjectam, re autem vera juribus omnibus ademptis una cum studiis domesticis suppressa fuisset. Ab eodem regimine, licet viris religiosis parum amico, cui tamen ingenium et studia Aloisii nostri ignota esse non poterant, ad munus docendi litteras latinas et vernaculas in supremis Gymnasii oenipontani classibus evocatus, licet praestitutum annum salarium facile suffecisset, ut in ipsa urbe commodam sibi habitationem privatam seligeret, praevalente tamen pietate in Ecclesiam matricem et Superiores neque habitum neque domum mutavit, non sine magna molestia vel hiemali tempore et inclemente coelo quotidie bis per semihoram ad Gymnasium accedens, indeque domum repetens. Paulo post etiam Praefecto bibliothecae academicae in laboris subsidium regio decreto adjunctus fuit, sed aliis rationibus impellentibus utroque hoc munere publico sponte sua se abdicavit, et prouti jam dudum cum animo suo statuerat, ad animarum curam transiit, in qua mirum est, qua se laboris patientia animarum saluti totum devoverit, quoque zelo verbum Dei, ut erat insigni facundia et oris suavitate praeditus oviculis sibi commissis annuntiaverit, quae talem sibi obtigisse pastorem ubique sibi gratulabantur, neque



sine magno desiderio sibi ademptum alioque translatum dolebant. Ita primum Curatum egit in Amras, excurrendo quotidie semel, et ubi necessitas postulasset, iterum ad munia sacra ibidem peragenda, quamvis etiam accidentibus curis oeconomiae domesticae destineretur. Promotus ad Parochiam in Patsch pari eam animi fervore per biennium et ultra administravit, donec tandem restituto Francisci I. Augusti Imperatoris justitia, quam sibi nempe ceu regnorum fundamentum pro tessera elegerat, Monasterio ab Abbate Marco directionem tyronum atque in subsidium Curatae in Vill ad lares domesticos revocaretur. Tandem ab eodem Abbate inclinante ad vitae finem jam senecta viribus pristinis destituto ad Subprioris dignitatem evectus supremo honoris inter suos fastigio non multo post conscendendo satis luculenter praelusit.

Marcò, viro incomparabili et sibi per omnia constante vita cum meritorum cumulo functo Aloisius Subprior fratrum suffragiis canonicè Abbas electus die 19. Jun. 1820, et mitra, quam minime ambierat, condecoratus die 20. Jul. e. a. Canoniae gubernacula felicibus auspiciis suscepit. Anno statim insequente in sanctiorem provinciae nostrae consessum (activitatem perennem vocant) accitus ad aulam caesaream iter instituit, augustissimo Imperatori pro restituta Canoniam coram gratias acturus, simulque se suosque optimi principis favoribus commendaturus. Quo in itinere etiam in Bohemiam deflexit, et ad fratres Strahovienses in monte Sion Pragae imminente invisit, juncta ibidem cum Reverendissimo Abbate Benedicto arcta amicitia, qui etiam interjecto paucorum annorum spatio hospiti suo honoris vicem redditurus canoniam nostram praesentia sua cohonestavit. Per Palatinatum superiorem et Bavariam redux Aloisius confecto feliciter itinere a suis cum gaudio receptus fuit.

Caeterum qualem se Antistitem praestiterit, quanta pro Canoniae nostrae decore ac ornamento, qua solertia, quo consilio legerit, longioris foret operae enumerare, quam ut harum paginarum brevitate comprehendi possent. Solum hic testamur templum atque bibliothecam; illius quippe singula altaria vetustate jam minus splendida novo auro induci curavit; hanc autem infestis per summum nefas manibus expilatam, postea tamen, ex parte saltē recuperatam novis rariorem praesertim incunabulorum accessionibus locupletavit, novisque scriniis ampliatam e squalore atque foeda dissipatione non sine multo laboris otiique impendio justum in ordinem rededit, utrobique perenni nominis sui monumento posteris relicto.

Egregias autem viri summi dotes omnemque indolem ut paucis adumbremus, erat in eo pietas non ficta et assiduum omnes hominis religiosi partes exequendi studium, neque solum quamdiu subesset, sed etiam ex quo praesesse coepit. Firma dum valetudine uteretur, a matutino fratrum chora vix unquam abfuit. Rem divinam, quoties publica functione obeunda erat, summa semper devotione, alios quoque ad parem religionem stimulante peregit. Singulari quoque animi mansuetudine ac lenitate praestabat, erga omnes affabilis, comis, officiosus, atque ad gratificandum, quacunque re posset, nunquam non paratus. Ea erat animi moderatione, ut consuetis hominum affectibus quasi carere, et ad iram commoveri vix posse videretur. De animi singulari candore, quem ubique prae se ferebat, non nemo lusu haud incongruo praedicavit, sub veste candida animam longe candidiorem latere. Sibi met ipsi parcus sumtibus quoque superfluis parcebat, ut qui pecunias melius collocare nosset, nunquam tamen, ubi res ad tuendam ordinis sui dignitatem postularet, sordidus

aut illiberalis. Ad vitandas potissimum gratulationum molestias paucorum tantum hinc inde dierum rusticatione se oblectabat, vel in villam nostram aestivalem in Lisens, vel ad aquas acidulas in Obladis parumper secedens. Rarae temperantiae vel istud esse indicio poterat, quod ad extremos propemodum vitae menses jentaculo se prorsus abstineret. Tanto autem magis beneficentiae erga pauperes et quacunq̄ necessitate occulta laborantes studebat, atque redditus annuos, qui ipsi ex aerario provinciali obvenibant, magna ex parte in usus egenorum impendebat. Quodsi fors etiam minus dignos hac sua liberalitate quandoq̄ juvasset, huic tamen virtutis merito nihil admodum decedit, eoquo juxta Apostolorum verae caritatis proprium sit non cogitare malum, neque anxie singula perpendere, ubi manu cito opitulante opus esse videtur. Elucebat denique in Reverendissimo nostro incredibilis quaedam laboris assiduitas cum pari in rebus agendis dexteritate juncta. In negotiis, quae passim diversissima tanta munionum mole laboranti occurebant, summam rei, de qua agebatur, mira statim mentis sagacitate, ac primo veluti obtuitu dispiciebat, atque quid decernendum esset, maturo non minus ac securo judicio statuebat. Summo sive per hiemem sive per aestatem mane cubitu se levabat, bonisque horis grato caeteroquin somno subtractis, tanquam nulla alia interpellatione interruptis quibusque sibi soli vacare liceret, ad meditationem sacram multimodamque lectionem litterariam, imo et scriptionem fruebatur. Incredibile est, quantum temporis solum epistolarum, quae vel dandae essent vel reddendae, commercium sibi vendicavit, quam varia ex multa lectione veteribusque manuscriptis excussis in adversaria sua congesserit, et quam exacta sibi historiae praesertim patriae

notitiam hac sua infatigibili solertia comparavit; unde et ab societate historica superioris Bavariae ceu membrum, ut ajunt, honorarium albo illius insertus atque diplomate donatus est. Neque illud praetereundum videtur; mira quod diligentia ephemerides conscripserit, in quas singulis fere diebus, quae gessisset ipse, vel quae ab aliis gesta aut ceu eventa publica notatu digniora videbantur, referebat.

Vix ullus in patria coetus, quo saluti publica consu-  
 leretur, coaluit, cui ipse non sponte sua accessisset, aut  
 etiam sociorum suffragio praeesse jussus esset. Sic  
 praeside consessus patrii quandoque longius agente ipse,  
 ut qui caeteros aetate in officio praecederet, illius vices  
 egit. Sic et Museo patrio, cui a Ferdinando, tunc prin-  
 cipe caesareo et haereditario, postea Austriae Imperatore  
 nomen Ferdinandi impositum est, non socium modo se  
 atque strenuum factorem adjunxit, sed et aliquamdiu vi-  
 caria potestate praefuit. Instituto etiam parsimoniali (quod  
 ajunt) aliis viris boni publici studiosis ultro lubensque  
 sponsorem se praebuit. — Ob praeclara in studiis huma-  
 nioribus jam pridem edita specimina Gymnasiorum per  
 Tirolim et provinciam transarulanam Director generalis  
 senatusque academici assessor anno 1822 renuntiatus  
 munus laboris taediique plenum nonnisi anno 1838 urgente  
 aliorum supervenientium negotiorum mole dimisit. There-  
 sianae quoque Nobilium Academiae a Francisco I. post  
 50 annorum intercapedinem restituae ab anno 1830 usque  
 ad annum 1842, quo ex integro Societati Jesu commissae  
 fuit, cum titulo Directoris praefuit. Ipse quoque Celsis-  
 simus Princeps ac Episcopus Brixinensis Carolus Fran-  
 ciscus ex S. R. I. Comitibus de Lodron Abbatem nostrum  
 recens inauguratum novo prorsus exemplo, quod nulli  
 Antecessorum contigerat, Consilarii ecclesiastici actualis

munere condecoravit, cumque Abbates nostri a saeculo, et quod excurrit, vi muneris S. C. R. ac A. Majestati a Consiliis essent, ipse primum istud honoris ceu meritorum praemium tulit, ut aucta dignitate ab eadem Majestate a Consiliis Gubernii nuncuparetur. Atque hoc pacto honores non sane quaesiti sponte vel invitum sequebantur, et prouti ornamentis ita et laboribus, sed et meritorum augmento cumulabant.

Quodsi quis inter tot egregia facinora atque ornamenta vituperio justaeque reprehensioni locus concedatur, sola valetudinis incuria peccasse videtur. Quamvis enim ad annum usque sexagesimum aetatis firma semper satisque prospera valetudine uteretur, exinde tamen prima periculosae ac demum fatalis hydropisis vestigia e pedum tumore vix non monstroso, quem ipse propter doloris absentiam frustra licet monentibus amicis et medicis nimium diu neglexit, emicuerunt. Neque vana hos luserunt terri- culamenta; ingravescent enim fere in dies singulos malum funesti demum exitus praesagam medicorum opem adhibere compulsi. Aegre spiritum trahens, utque insomniis uti ciborum fastidio laborans viribusque destitutus ad mortem jam decumbere videbatur, cum ecce praeter spem medicorum solerti cura suorumque precibus morbi vi remittente convaluisse utcumque, pristinumque animi corporisque vigorem recuperasse videbatur. Curru uti prius in urbem vectus conventibus interesse coeperat, Serenissimum Archiducem Joannem tunc temporis ad nos delatum inter provinciae proceres consalutabat, quin et sermonem ad Sanctimoniales montis Carmeli, quae assiduas pro tanti fautoris salute preces ad coelorum fundebant, habuit. Verum enim vero dum satis prospere de illo agi videretur, aliter Superis visum est. Exacta inter familiares,

qui pro more diebus dominicis atque festivis eum convenire consueverant, hilariter die 25. Maji, cum postridie salubri somno reffectus Sacrum celebrasset, inscius se sibimet ipsi ultimum viaticum administrasse, sumto brevi jentaculo, dum famulus domesticus paullum secessisset, subitanea apoplexia tactus a superveniente humi toto corpore procumbens deprehenditur et vix sacro oleo per compendium inunctus vivere desiit, piissima anima, uti pie speramus, ad coronam justitiae advocata, quam bono certamine certato, fide servata cursuque consumato a justo judice redditam ipsi fuisse confidimus. Quodsi tamen, ut sunt Dei judicia abyssus multa, nondum ab omni labe per fragilitatem humanam contracta immunis coram tribunali divino comparuisset Reverendissimus noster, atque piaculari adhuc carcere detineretur, per Vestram Vos religiosissimam pietatem sancitumque commune foedus obsecramus et obtestamur, ut Vestris quoque suffragiis nostras ad divinam miserationem preces pro aeterna illius felicitate quantocius ingredienda juvetis. Caeterum quamvis omnibus votis exoptemus, ut Deus O. M. ejusmodi luctuosissimos casus a vestro coetu quam diutissime avertat, emergente tamen fatali necessitate ad praestandum mutuum officium nos semper habebitis uti religione pacti obstrictos, ita animo promptissimos.

Dabamus ex orbata Canonica nostra Wiltinensi die 4. Junii 1851.

Addictissimi atque obsequiosissimi

*Norbertus Oberhauser*, Prior

cum Conventu.

Da dieser Todfall die allgemeine Theilnahme des ganzen Landes in Anspruch nimmt, dürfte hier die folgende freie, aber möglichst getreue Uebersetzung dieser Anzeige gewiß nicht unwillkommen sein.

Im Gefühle des tiefsten Schmerzens theilen wir Euch folgende Todesnachricht mit:

Am 26. Mai d. J. starb der hochwürdigste, wohlgeborne Herr Alois Röggl, würdigster Abt unseres Stiftes, und infulirter Prälat, k. k. Gubernialrath, Erb-, Hof- und Hauskaplan, Mitglied der landschaftlichen Activität zu Innsbruck und wirklicher geistlicher Rath von Brixen &c. &c.

Indem wir die Laufbahn seines tugendvollen und thätigen Lebens in kurzen Umrissen schildern, nicht um zu loben (was ja schon in der Erzählung liegt), sondern um dem alten Gebrauche zu entsprechen, und dem Gefühle dankbarer Erinnerung zu folgen, folgen wir auch Euch zur Theilnahme an unserem gerechtesten Schmerze auf, und sind versichert, daß Ihr hieraus die Größe unseres Verlustes ermessen werdet.

Unser hochwürdigster und unvergeßlicher Abt erblickte am 26. September 1782 zu Innsbruck das Licht der Welt, und erhielt in der heiligen Taufe den Namen Anton. Er lebte die Kinderjahre zu Hause unter der sorgfältigsten Pflege seiner rechtschaffenen Eltern, und widmete sich hierauf den Studien am Hauptgymnasium zu Innsbruck mit stets entschiedenem Fortgange, wie er sich von dem vortrefflichen Talent des Jünglings, verbunden mit Frömmigkeit und Fleiß, mit Zuversicht erwarten ließ. Sehr erwünscht war auch dieses, daß seine Eltern einen Priester aus der Schweiz im Hause hatten, welcher damals wegen Kunde fremder Sprachen sehr gesucht war, und von dem er in der französischen und italienischen Sprache den ersten Unterricht erhielt. Beide Sprachen

machte er sich durch vieles Lesen zu eigen, insbesondere die französische durch den Umgang mit einem aus der französischen Schweiz verwiesenen Priester unseres Ordens, der bei uns wohnte, mit dem Erfolge, daß er leicht und fertig französisch sprach und hiedurch bei den nachmaligen kriegerischen Ereignissen dem ganzen Stifte große Erleichterung verschaffte.

Nachdem er die philosophischen Studien mit gleichem Ruhme zurückgelegt, und seine Standeswahl gemacht hatte, wählte er vor allen unser, seiner Vaterstadt nahe liegendes Stift, und von so vielen ausgezeichneten Gaben des Herzens und Geistes empfohlen, ward er von seinem unmittelbaren Vorfahrer, dem Abte Markus, welcher über Talente und Sitten ein seltener Menschenkenner war, gern aufgenommen und am 31. Dezember 1799 mit dem Ordenskleide angethan.

Als das Noviziat unter den gewöhnlichen Uebungen der Frömmigkeit vorüber und das geschliche Alter vorhanden war, legte er die feierlichen Ordens-Gelübde ab, und erhielt wegen seiner allgemeinen Herzens-Reinheit den sonst in unserem Stifte selten beigelegten Namen „Alois.“

In den hierauf folgenden theologischen Hausstudien übertraf er weit die Erwartung seiner Lehrer. Am 21. Juli 1805 empfing er die seiner ersten Jugend ersehnte Priesterweihe und brachte Gott den 28. darauf das erste Messopfer dar.

Aber schon vor der Priesterweihe ward er wegen seiner ausgezeichneten Kenntnisse in den geistlichen und weltlichen Wissenschaften von seinen Oberen zum Lehramte bestimmt, und nach bestandener strenger Prüfung anfänglich für das Lectorat der Philosophie, dann des Kirchenrechtes förmlich approbirt. Mit gleicher Genehmigung von Seite der k. k. Universität zu Innsbruck ausgerüstet, würde er seine jüngeren Mitbrüder auch in der Pastoral-Theologie unterrichtet haben, wenn nicht durch die Gewaltthätigkeit der



baierischen Zwischenregierung auch unser Stift zwar dem Scheine nach der weltlichen Administration unterzogen, in der That selbst aber mit Entziehung aller Rechte sammt den Hausstudien unterdrückt worden wäre. Dieselbe — den Religiösen wenig günstige Regierung, welcher aber doch die Talente und wissenschaftlichen Kenntnisse unsers Alois nicht wohl unbekannt sein konnten, übertrug ihm das Lehrfach der lateinischen und deutschen Sprache in den obersten Klassen des Gymnasiums zu Innsbruck. Obgleich er nun mit seinem Jahresgehälte sich eine bequeme Privatwohnung in der Stadt hätte wählen können, änderte er doch aus Pietät gegen die Mutterkirche und seine Oberen weder Kleidung noch Wohnung, ohne das große Ungemach zu berücksichtigen, täglich, selbst zur Winterzeit und bei ungünstiger Witterung zweimal eine halbe Stunde weit in das Gymnasium gehen und von dort nach Hause zurückkehren zu müssen. Später wurde er durch königliches Dekret dem Vorstande der akademischen Bibliothek zur Aushilfe beigegeben; allein aus mehreren Gründen entschlug er sich freiwillig dieser beiden öffentlichen Anstellungen und ging, wie er schon lange bei sich beschloffen hatte, zur Seelsorge über, wobei zu bewundern ist, mit welch' unverdroffener Emsigkeit in Ertragung der Arbeit er sich ganz dem Heile der Seelen geweiht, mit welchem Eifer er bei seiner ausgezeichneten Beredsamkeit und der Anmuth seines Vortrages das Wort Gottes den ihm anvertrauten Schäflein verkündete, so daß sie sich überall ob eines solchen Seelenshirten Glück wünschten und, wenn er anderswohin versetzt wurde, ihn sich wieder mit heftigem Verlangen zurückwünschten. So war er zuerst Curat in Amras, wohin er täglich einmal und, wenn es die Noth erforderte, auch wohl öfter zu geistlichen Verrichtungen sich verfügte, obschon er zugleich mit der Bürde der Hauswirthschaft beladen war. ¶ Darauf

wurde er auf die Pfarre in Patsch befördert, welche er mit gleichem Eifer über zwei Jahre verwaltete, bis er endlich, nachdem Kaiser Franz I., seinem Wahlspruche gemäß: „Gerechtigkeit ist die Grundlage der Reiche,“ das Stift (i. J. 1816) wieder hergestellt hatte, von dem Abte Markus zur Leitung der Novizen und zur Aushilfe in der Kuratie Will nach Hause gerufen wurde. Endlich erhob ihn derselbe Abt bei seinen durch hohes Alter gebrochenen Kräften und dem herannahenden Lebensende zur Würde des Subpriors, was offenbar eine glückliche Vorbedeutung für die höchste Ehrenstufe war, die er bald darauf im Stifte besteigen sollte.

Da Abt Markus, ein in allen Verhältnissen unerschütterlicher Mann ohne seines Gleichen, mit Verdiensten bedeckt gestorben war, wurde Alois der Subprior am 19. Juni 1820 durch kanonische Stimmenmehrheit seiner Mitbrüder zum Abte erwählt und mit der Insul, die er nie gesucht hatte, am 20. Juli darauf geschmückt, übernahm er unter frohen Hoffnungen das Steuerruder des Stiftes. Im darauf folgenden Jahre zum Mitgliede der landwirthschaftlichen Activität berufen, unternahm er eine Reise an das a. h. Hoflager, um dem Kaiser für die Wiederstellung des Stiftes zu danken und sich und die Seinigen der a. h. Gnade zu empfehlen. Auf dieser Reise schlug er sofort die Richtung nach Böhmen ein, besuchte das auf dem Berge Grabschin zu Prag gelegene Prämonstratenserstift Strahow und schloß enge Freundschaft mit dem dortigen Hochwürdigem Herrn Prälaten Benedict, der auch nach wenigen Jahren seinem Gaste die Ehre des Besuches erwiderte und unser Stift mit seiner Gegenwart erfreute. Nach seiner glücklichen Rückreise durch die obere Pfalz und Baiern ward er von den Seinigen wieder mit Freude empfangen.

Wie er sich übrigens als Vorstand benommen, welche

große Dinge er für die Ehre und Aufnahme unseres Stiftes, und mit welcher Ausdauer und Klugheit er sie vollbracht habe, erforderte eine viel längere Darstellung, als daß die Kürze dieser Blätter sie fassen könnte. Wir erwähnen hier nur der Kirche und der Bibliothek; in jener ließ er alle Altäre, die durch die Länge der Zeit ihren Glanz verloren hatten, ganz neu vergolden. Die Büchersammlung aber, welche durch räuberische Hände ausgeplündert und nachmals nur zum Theile wieder war erobert worden, hat er mit neuen Werken, besonders seltenen Inkunabeln bereichert, mit neuen Räumlichkeiten erweitert und aus Moder und wüster Zerstreuung, nicht ohne großen Mühe- und Zeitaufwand, in schöne Ordnung gebracht. An beiden Orten hat er das Andenken seines Namens bei den Nachkommen verewigt.

Um die vortrefflichen Eigenschaften und den ganzen Charakter dieses ausgezeichneten Mannes in wenigen Zügen darzustellen, so lebte in ihm eine außerordentliche Frömmigkeit und ein unermüdetes Bestreben, alle Pflichten eines Religiösen zu erfüllen, und zwar nicht bloß als Untergebener, sondern auch als Vorsteher.

So lange er eine feste Gesundheit genoß, wohnte er fast immer dem Frühchor der Brüder bei. Das heilige Opfer verrichtete er, besonders bei einer feierlichen Function, immer mit der höchsten Andacht, welche auch Andere zu ähnlichen Gefühlen begeistern konnte. Ausgezeichnet war seine Sanftmuth und Milde wie seine zuvorkommende Freundlichkeit und Gefälligkeit gegen Jedermann; auch war er immer bereit und beflissen, sich, wo er immer nur konnte, hilfreich zu erweisen. Die Beherrschung seines Gemüthes war so groß, daß er, frei von den gewöhnlichen Aufwallungen der Menschen, kaum zum Zorne gereizt werden zu können schien. Ueber seine ganz besondere Aufrichtigkeit der Seele, die er überall zeigte, machte

Jemand das treffliche Wortspiel, „daß seine Seele noch viel ungefärbter sei, als sein weißes Ordenskleid.“ Sparsam gegen sich, mied er auch jeden unnöthigen Aufwand, weil er einen edlen Gebrauch des Geldes kannte, ohne jedoch, wo es sich um die Würde seines Standes handelte, je schmutzig oder karg zu sein. Um den lästigen Wünschen zum Namenstage auszuweichen, brachte er je zuweilen nur wenige Tage auf dem Lande zu, und begab sich entweder in unser Alpenhaus zu Eisens, oder zum Sauerbrunnen zu Oberlabis. Ein seltenes Beispiel von Mäßigkeit gab er dadurch, daß er bis auf die letzten Monate seines Lebens kein Frühstück nahm. Um so wohlthätiger war er gegen die Armen und im Stillen Noth Leidenden, indem er seine jährlichen Bezüge von der Landschaft größtentheils zur Unterstützung der Dürftigen verwendete. Ward vielleicht manchmal seine Freigebigkeit auch Unwürdigen zu Theil, so entging darum doch nichts dem Verdienste seiner Tugend, da nach dem Ausspruche des Apostels die wahre Liebe nichts Arges denkt, und nicht vorher ängstlich Einzelnes erwägt, wo eine schnelle Hülfe nöthig zu sein scheint.

Endlich leuchtete bei unserem Hochwürdigsten eine unglaubliche Liebe zur Arbeit, verbunden mit gleicher Geschäftsgewandtheit, hervor. Bei seiner Ueberhäufung mit Aemtern kamen ihm die verschiedensten Gegenstände vor, wobei er so gleich das Wesentliche der Sache, um die es sich handelte, mit außerordentlichem Scharfsinne, und gleichsam auf den ersten Blick erkannte, und was darüber zu verfügen, mit reifem und treffendem Urtheil festsetzte. Winter und Sommer stand er in aller Frühe auf, und verwendete viele, dem einladenden Schlafe entzogene Stunden, in welchen er ohne Störung sich allein leben konnte, zur geistlichen Betrachtung, vielfältiger wissenschaftlicher Lektüre und zu Schreibgeschäften.

Es ist unglaublich, wie viele Zeit ihm der Briefwechsel kostete, wie Verschiedenes er aus fleißiger Lesung und alten durchforschten Handschriften in seinen Heften verzeichnete, und welche genaue Kenntniß der Geschichte, besonders der vaterländischen, durch diese seine unverdroffene Bemühung er sich aneignete, so daß ihn die historische Gesellschaft von Oberbairern als Ehrenmitglied aufnahm, und ihm hierüber das Diplom ausfertigte. Auch ist nicht zu übergehen, daß er mit musterhaftem Fleiße noch ein eigenes Tagebuch hielt, in welches er fast täglich, was er oder Andere gethan, oder auch öffentliche merkwürdige Ereignisse eintrug.

Kaum ein vaterländischer Verein für das allgemeine Wohl kam zu Stande, dem er nicht freiwillig beigetreten, oder bei dem er nicht durch die Stimmen der Mitglieder zum Vorstande erwählt worden wäre. Bei längerer Abwesenheit des Präsidenten der landschaftlichen Aktivität vertrat er als Vizepräsident im Dienste seine Stelle. Des vaterländischen Museums, welches von dem damaligen Erbprinzen und nachherigen österreichischen Kaiser Ferdinand den Namen „Ferdinandeum“ erhielt, war er nicht bloß Mitglied, sondern auch großer Beförderer, so wie von dessen Errichtung an erster Curator, und seit dem Jahre 1848 desselben Vorstand.

Bei dem Institut der Sparkasse leistete er mit andern um das öffentliche Wohl besorgten Männern freiwillig Bürgschaft. — Wegen seiner schon früher bewiesenen Kenntnisse in den Gymnasial-Gegenständen ward er im Jahre 1822 zum General-Director aller Gymnasien in Tirol und Vorarlberg und zum Beisitzer des akademischen Senates ernannt, welches mühevoll und mit mancherlei Unannehmlichkeiten verbundene Amt er erst im Jahre 1838 wegen dringender Ueberlast anderer vorgekommenen Geschäfte ablegte. Er stand auch der Theatralischen Ritter-Akademie, welche nach einer 50jährigen

Unterbrechung vom Kaiser Franz wieder hergestellt worden war, vom Jahre 1830—1842 als Direktor vor, worauf die Leitung desselben mit dem ganzen Unterricht der Gesellschaft Jesu anvertraut wurde.

Karl Franz, Reichsgraf von Lodron und Fürstbischof von Brixen, bekleidete ihn bald nach der äbtlichen Weihe mit der Würde eines wirklichen geistlichen Rathes, welche bis dahin noch keinem seiner Vorfahren zu Theil geworden war, und da unsere Aebte schon über ein Jahrhundert vermöge ihres Amtes den Titel eines k. k. Rathes führen, widerfuhr erst ihm als Belohnung seiner Verdienste die Auszeichnung, daß er zum k. k. Gubernialrath ernannt wurde.

Auf diese Weise erhielt er ohne sein Ansuchen und wider seinen Willen Ehrenstellen, die ihn ebenso mit Ruhm, wie mit Arbeiten, aber auch mit Verdiensten überhäuften. Hände bei so rühmlichen Thaten und Auszeichnungen irgend ein Tadel oder gerechte Ahndung Statt, so wäre es einzig jene der Vernachlässigung seiner Gesundheit. Denn obgleich er bis in das 60. Jahr sich einer festen und ganz erwünschten Gesundheit erfreute, zeigten sich doch die ersten Spuren einer gefährlichen und endlich unheilbaren Wassersucht an dem fast unnatürlichen Anschwellen der Füße, welches er gegen die Mahnungen der Freunde und Aerzte, weil es ihm keinen Schmerz verursachte, viel zu lange vernachlässigte. Die Befürchtungen hierüber waren nur zu begründet; denn das Uebel wuchs mit jedem Tage, und zwang ihn endlich, die Hilfe der Aerzte, die nur eine traurige Wendung vorherzusagen konnten, zu suchen. Bereits schwer athmend, durch schlaflose Nächte und Eckel an Speisen ganz entkräftet, schien er dem Tode nahe zu sein, als ganz unverhofft durch die fleißige Pflege der Aerzte und durch das Gebet der Seinigen die Gewalt der Krankheit nachließ, und er gleichsam genesen

und die frühere Frische des Geistes und Körpers wieder erlangt zu haben schien. Er fuhr, wie früher, in die Stadt zu den Sitzungen, begrüßte unter den Vätern des Landes den gerade damals zu uns gekommenen Erzherzog Johann, und hielt sogar an die Karmelitinnen, welche für die Wiedergenesung eines so großen Gönners unaufhörlich zum Himmel flehten, eine geistliche Anrede. Allein gerade, als es mit ihm gut zu stehen schien, gefiel es dem Himmel anders. Er brachte unter seinen Hausfreunden, die ihn gewöhnlich an Sonn- und Festtagen zu besuchen pflegten, den 25. Mai fröhlich zu, las, durch einen gedeihlichen Schlaf erquickt, folgenden Tages die heilige Messe, nicht ahnend, daß er sich selbst die letzte Wegzehrung reiche, nahm ein kleines Frühstück und wurde, während der Kammerdiener sich einen Augenblick entfernt hatte, vom plötzlichen Schläge getroffen. Man fand ihn bald darauf der Länge nach hingestreckt auf dem Boden, und kaum noch mit dem heiligen Oele gesalbt, gab er seinen Geist auf. Seine so fromme Seele ist, wie wir zuversichtlich hoffen, abgerufen worden, um die Krone der Gerechtigkeit zu empfangen, welche ihm der gerechte Richter nach bestandnem gutem Kampfe, nach treu bewahrtem Glauben und vollendeter Laufbahn hoffentlich wird ertheilt haben. Wäre indessen unser Hochwürdigster, nach den unergründlichen Urtheilen Gottes, noch nicht von allen, aus menschlicher Schwachheit ihm noch anklebenden Fehlern gereinigt vor dem göttlichen Richterstuhle erschienen, und noch ferne von der beseligenden Anschauung Gottes, bitten und beschwören wir Euch bei Eurer christlich frommen Bruderliebe und bei unserm gemeinschaftlichen Bündniß, daß Ihr durch Euer Gebet das unserige um die göttliche Erbarmung und um seine baldige Aufnahme in die ewige Seligkeit unterstützen wollet. Wenn wir übrigens auch aus ganzer Seele

wünschen, daß der allgütige Gott von Euerer Gemeinde einen so höchst traurigen Fall recht lange abwenden wolle, so werdet Ihr uns doch bei sich ergebender, herben Nothwendigkeit zur pflichtschulbigen Gegenleistung kraft unseres Bündnisses und nach unserem eigenen Herzensdrang immer willkommen und bereitwillig finden.

Gegeben in unserm Stifte Wilten, 4. Juni 1851.



# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Veröffentlichungen des Tiroler Landesmuseums Ferdinandeum](#)

Jahr/Year: 1851

Band/Volume: [JB\\_24](#)

Autor(en)/Author(s): Anonymus

Artikel/Article: [\[Nachruf Alois Röggel\]. 91-110](#)